7582 in cippi magni parte superiore. Cagliari in ecclesia S. Saturnini ESQ.; in burgo Stampache apud patres minores MVR. Hodie iacet in foro prope S. Bartholomaei.

supra vestigia pedum

SS DD NN
CLAVDIVS VS
PRV MOD
CONLOCAVIT

Recognovimus post Nissenum. Esquirro p. 49. 514; Bonfantus p. 450. 467 (ex his Marini Arv. p. 554); Carmona f. 31'. 64; Danius apud Mur. 266, 2; Spano *Bull. Sardo* 1860 p. 160, *guida di Cagliari* ed. 2 p. 373.

Inscriptio integra plane et illaesa sic dispositas litteras habet, ut supra proponitur, neque in spatiis vacuis umquam quicquam scriptum fuit. Vestigia pedum observarunt Danius et Nissenus; ego vidi lapidem ita iacentem, ut summa pars lateret. Reliqua tria latera et Nisseno et mihi visa sunt scripta neque esse nec fuisse. Esquirro et Bonfantus cum inscriptionem scribant legi in ecclesia S. Saturnini et extrinsecus et intrinsecus *(escrito por dentro y fuera de dicha basilica)*, nisi error nescio qui subest, eo tempore duae bases similes cernebantur. Esquirri utrumque exemplum versus habet recte divisos disceditque a supra proposito eo tantum quod v. 3 intrinsecus legitur PRV MODO, extrinsecus PRVDENTI·MODO. Bonfantus dat ut Esquirro extrinsecus. Carmonae (qui non ait titulum bis legi) exemplum utroque loco congruit cum supra posito. Initio significari *salvis dominis nostris* Muratorius et Marinius perspexerunt. In sequentibus spatia vacua litteras pictas tantum habuisse videntur et sic fere fuisse: *Claudius [Iustin]us pru[dens]mod[erator] conlocavit*; quod si ita est, praeses provinciae titulum posuit evitans more aetatis infimae vocabulum honoris proprium.

7583 Cagliari in museo.

*q. cosconio m. f. p*OLL FRONTON*i*
praef. fabr · A COS · A*dl*ECTO · PRAEF · COH ·
i. ·· TRIB · MIL · L*eg i* ITAL · PROC · AVGG ·
*ad ue*CTIG *xx her p*ER PONTVM ET BITHY
*niam e*T PONTVM · MEDITERR*ane*VM
*et pap*HLAGONIAM · PROC · AVGG · ITEM
*ad ue*CTIG · XX HER · PER ASIAM LYCIAM
*phr*YGIAM · GALATIAM · INSVLAS
*c*YCLADAS · SVBPRAEF · ANN · VRB · PROC
AVGG · AD VECTIG · FERR · GALL · PROC ·
AVGG · ET · PRAEF · PROV · SARDINIAE
OPTIMO · ET · RARISSIMO · PRAESIDI
P · SEMPRONIVS · VICTOR ·
OPTIO · PRAETORI

Recognovimus. Index Taur.; Gazzera ms.; della Marmora *voy.* II. p. 480 n. 36. Henzen 6940.

10 Marmora omisit.

7584 Calari in sancti Nicolai Neapolitanorum.

Q · COSCONIO · M · F · POLL · FRONTONI
PRAEF · FABR · A · COS · ADLECTO · PRAEF · COH · I
///TI · TRIB · MIL · LEG · I · ITAL · PROC · AVGVSTOR
AD · VECTIG · XX · HER · PER · PONTVM · ET · BITHY
NIAM · ET · PONTVM · MEDITERRANEVM · ET
PAPHLAGONIAM · PROC · *augustor.* ITEM AD
VECTIG · XX · HER · PER · PAMPH*y*LIAM · LYCIAM
PHRYGIAM · GALATIAM · ET · INSVLAS · CY
CLADES · SVB · PRAEF · ANNONAE · VRBIS
PROC · AVGG · AD · VECTIG · *fer*R · GALLIC
PROC · AVGG · ET · PRAEF · PR · SARD
OPTIMO ET SANCTISSIMO PRAEPOSITO
LVCRETIVS *a*V*gg*
TABVL · PROV · SARD

Servavit Danius apud Mur. 695, 1.

6 AVGVSTOR om. hiatu non indicato. — 7 PAMPHILIAM traditur. — 10 FERR scripsi, traditur PR. — 13 AVGG scripsi, VCC traditur.

Q. Cosconio M. f. Poll. Frontoni, praef(ecto) fabr(um) a co(n)s(ule) adlecto, praef(ecto) coh(ortis) I . . . ., trib(uno) mil(itum) leg(ionis) I Ital(icae), proc(uratori) Augustor(um) ad vectig(al vigesimae) her(editatium) per Pontum et Bithyniam et Pontum mediterraneum et Paphlagoniam, proc(uratori) Aug(ustorum) item ad vectig(al vigesimae) her(editatium) per Asiam [*per Pamphyliam* ex. II], *Lyciam, Phrygiam, Galatiam* [*et* ins. ex. II], *insulas Cycladas* [*Cyclades* ex. II], *subpraef(ecto) annonae urbis, proc(uratori) Aug(ustorum) ad vectig(al) ferr(ariarum) Gallic(arum), proc(uratori) Aug(ustorum) et praef(ecto) prov(inciae) Sardiniae, optimo et rarissimo praesidi P. Sempronius Victor optio praetori* ex. I, *optimo et sanctissimo praeposito Lucretius(?)* [*A*]*u*[*g(ustorum)*] *tabul(arius) prov(inciae) Sard(iniae)* ex. II.

7585 Cagliari rep. a. 1871 inter rudera aedificii extrema aetate Romana ex fragmentis diversis extructi prope ecclesiam S. Petri in fundo dominorum Deplano Meloni, est in museo.

Q · GABINIO · BARBARO
· V · E · A COMMEN · PRAEFEC · sic
PRAET · PRAEF · VEHIC · PER ·
· FLAM · PROC · PROV · SICILIAE ·
PROC · HERED · PROC · AVGGG ·
N · N · N · PRAEF · PROV · SARD ·

Recognovi. Spano, qui meminit tituli *catt. di Galtelli* 1873 p. 15, misit eum a. 1872 Promisio et Henzeno, qui edidit *Bull. dell' Inst.* 1873 p. 92 (inde Spano *scop. del 1873* p. 35); Cara *Corriere di Sardegna* 27 Febr. 1877.

7586 Cagliari *sotto l'altar maggiore di S. Cosma* BAILLE; *nella basilica di S. Saturnino frontale dell' altar maggiore* SPANO. Inde illata est in museum.

genii duo anni tempora repraesentantes cum corollis taeniisque

RVFFIAE · MARCEL sic
LAE · C · F · CONIVGI ·
INEMITABILI · EXEMPL sic
SABINIANVS · MARITVS ·
CONTRA · VOTVM

genii duo anni tempora repraesentantes cum corollis taeniisque

in margine infimo:

AVRELIAE ROGATAE · FILIAE · DVLCISSIMAE · INEMITABILI · PVELLAE · AVRELIVS · ROGATVS · V E · ET · CESSIA SABINA · PARENTES · CONTRA VOTVM FCR

Recognovi. Baille ms.; Capùt p. 140 n. 51. 52; Spano *Bull. Sardo* 1861 p. 159.